



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censuris, In Qua Sex Disputationibus De Poenis Ecclesiasticis, deque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

IX. De absolute vel dispensatione suspensionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

De absoluteione, vel dispensatione suspensionis.

suspensi posse, quia vsquequo conditio ponatur, censura non habet effectum. At cum censura pro aliquo tempore suspenditur effectum non habet, quousque tempus illud elapsum sit, ergo interim appellatio impediti potest, nec effectum elapso illo termino habeat.

7 Secunda difficultas est, An suspensio ab officio, vel ingressu Ecclesie quæ non est censura, sed pura pœna in punitionem delicti appositæ, per sequentem appellacionem impediatur eius effectus; Ratio difficultatis est, quia Textus in dicto cap. is cui, de sentent. excommunicat. lib. 6. absolute decidit per sequentem appellacionem non suspendi suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesie. Ergo quocunque modo suspensio appositæ sit siue in correctionem delicti, siue in illius punitionem subsequenti appellacione non suspenditur, quia secum trahit executionem. Nihilominus Abbas in cap. 2. de clericis excomm. minist. num. 2. Et in cap. sape num. 16. de appellacionib. merito affirmat suspensionem quæ est pura pœna per sequentem appellacionem suspendi, textumque in dicto cap. is cui, intelligi de suspensione tantum quæ est censura. Et probari potest, quia Textus eam suspensionem ab officio, & ab ingressu Ecclesie decidit subsequenti appellacione non suspendi, quæ excommunicationi est similis, vt constat ex illis verbis, sicut excommunicatio, &c. At excommunicatio nunquam induit rationem puræ pœnæ, sed semper retinet naturam censure. Ergo pro sola suspensione quæ censura est intelligitur prædicta. Textus decisio. Deinde odiosum est negare appellacioni hanc vim, & efficaciam impediendi effectum sententiæ latæ. Ergo dum manifeste Textus, vel ratione non conuincitur, allicendum non est.

PUNCTVM VIII.

Qualiter suspensio semel incurta suspendi possit?

- 1 Absoluteione, vel dispensatione suspenditur.
- 2 Manente suspensione eius effectus, & obligatio suspendi potest à Pontifice: ab aliis affirmant plures.
- 3 Verius est à solo Pontifice suspensionis effectum suspendi posse illâ manente.

1 Non est dubium absoluteione, vel dispensatione suspendi hanc censuram posse: vt suspenditur excommunicatio in eum voluntate. Et c. resposito de sententia excom. Et c. solus, eod. r. lib. 6. Et interdicitur in e. quodam te de pœnit. & remissionib. Et c. non est vobis de sponsalib. Et c. permittimus, de sent. excomm. Et cap. fin. eodem r. lib. 6. Nam hæc censura, & pœnæ non sic delinquentem afficiunt, quin aliqua via tolli non possint, quæ non est alia quam absoluteione, vel dispensatione. Hæc namque sicut dari possunt absolute, sic pro lim rato tempore, & ad reincidentiam.

2 Difficultas autem est, An manente suspensione possit illam ferens eius effectum, & obligationem tollere, ac si de facto ipsa censura sublata esset; Et de Pontifice nemo est qui dubitet, cum ex eius voluntate, & institutione censurarum effectus, & obligatio pendeat, vt tradit Glossa in cap. ad hæc quodam, verbo interdicitur de appellacionib. Innocent. in cap. ad monasterium, de Regularib. Panormit. in cap. nonnulli num. 1. de sentent. excommunicat. Felin. in cap. 1. num. 11. de Constitucionib. & alijs. De alijs à Pontifice docere videtur Innocent. in cap. cum inter de consuetud. Panormit. in cap. ad hæc quodam n. 1. & cap. dilectus, n. 2. de appell. Sayrus. lib. 4. thesauri, cap. 10. n. 13. Mouetur, nulla ex facultate Pontificis manifestum est posse prædictum effectum, & obligationem suspendi, sed hanc potestatem concessam esse colligitur ex cap. dilectus de appellacionib. vbi Decanus suspendit interdicitum à se latum, cuius suspensionem non improbat Pontifex: & in cap. Alma mater de sentent. excommunicat. lib. 6. suspenditur interdicitum pro aliquibus festiuitatibus. Ergo similiter suspendi poterit suspensio.

3 Caterum verius existimo effectum suspensionis suspendi non posse ab alio, quam à Pontifice ipsa suspensione manente, sicut de omnibus censuris generaliter docui hoc tract. disp. 1. punct. 9. Mouetur, quia inferior nequit Superioris decretum, & institutionem mutare aut variare ex cap. cum inferior, de maiorib. & obedient. At ex decreto, & institutione Pontificis suspensio, & quælibet alia censura dum de facto est, suum effectum habet, & obligationem inducit: ergo inferior Pontifice nequit hunc effectum, & obligationem à suspensione, aliaque censura separate. Quod si dicas id verum esse propria autoritate, secus auctoritate Pontificis? Obstat, quia ex nullo textu vel ratione colligitur Pontificem hanc Prælati inferioribus tribuisse potestatem. Nam in e. dilectus de appell. non effectus interdicitu manente interdicitu, sed ipsum interdicitum suspenditur pro aliquo tempore iterum apponendum. In cap. alma mater, ab p. mot. & fit suspensio, & forte non effectus interdicitu tantum, sed ipsius interdicitu.

- 1 Suspensio lata pro determinato tempore, vel sub aliqua conditione elapso tempore, vel conditione aduenientia cessat absque absoluteione.
- 2 Intermedio tempore solam ab eo tolli potest, qui suspensionem tulit.
- 3 Suspensio sub expressa conditione, vt in perpetuum duret, nequit ab inferiori relaxari.
- 4 Suspensio lata à iure absolute ad comprimendam alicuius contumaciam, potest ab Episcopo relaxari.
- 5 Latam in puram pœnam negans plures ab Episcopo tolli posse.
- 6 Oppositum videtur probabilius.
- 7 Spectato Conc. Tridentini decreto à qualibet suspensione possunt Episcopi absolute per se, vel suos vicarios, dummodo ex delicto occulto proueniat.
- 8 Spectato iure communi nullus Sacerdos in iudicio in foro externo carens, à suspensione absolute potest.
- 9 A suspensione ab homine lata regulariter solus ille, seu eius ius efflor in dignitate absolute poterit.
- 10 Nulla est forma præscripta in suspensionis absoluteione.

Initio huius disputationis dixi suspensionem aliam esse censuram, & in correctionem inobedientie latam; aliam puram pœnam in punitionem delicti appositam, & hæc aliquando fertur pro determinato tempore, aliquando absque via temporis determinatione, aliquando in perpetuum. Suspensio lata pro determinato tempore, vel sub aliqua conditione, cuius cessatio cessat, vt tempore elapso, vel conditionis cessatione appositæ absque via absoluteione cessat, quia ultra intentionem ferentis progredi nequit, vt tradit Glossa in e. qui sape verbo donec, de elect. 1. 6. Et in Clem. 2. verbo donec, de Decimis. Panormit. cap. 1. num. 6. & Felin. num. 7. de iudicis. Grassi lib. 4. decis. cap. 2. num. 14. Valentiarum. 4. disp. 7. quest. 18. punct. 1. Couarrua. 4. decretal. 2. p. cap. 6. in prin. numero 18. & 19. Nauarr. cap. 27. numero 161. Henric. lib. 3. cap. 3. numero 2. Sayrus lib. 4. cap. 17. numero 2. & 3. Suar. disp. 2. sect. 1. num. 1. Auila 3. p. disp. 6. dub. 1. Gaspar Hurtado tract. de suspens. diff. 12. num. 2. Coninch. disp. at. 2. dub. 4. num. 30. Bonac. disp. 3. p. vlt. num. 1. Et alij passim.

Illo autem intermedio tempore, seu ante impletam conditionem tolli suspensio per dispensacionem potest ab eo qui eam tulit, non autem ab inferiori. Quocirca suspensio lata in iure communi ad certum tempus nequit alius à Pontifice spectato iure antiquo tollere, seu relaxare ante tempus finitum, vt tradit Glossa communiter recepta in cap. cupientis, §. ceterum, verbo suspensus de elect. lib. 6. Et in Clement. 1. §. ceterum, in verbo excommunicat. de hereticis. Paludan. 4. p. 18. q. 7. art. 3. c. nel. 11. Syluest. verb. suspensio, q. 8. vers. tertium. Couarrua in 4. decret. 2. p. cap. 6. num. 14. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 51. Sayrus lib. 4. cap. 17. num. 10. Erenim Pontifex suspendens pro illo determinato tempore intendit, vt suspensio toto illo tempore duret, ideoque censendus est relaxationem inferioribus impedire; alias effectus huius suspensionis, & intentio Pontificis frustraretur, si ab Episcopo remitti posset. Quod adeo verum est, vt si à iure decreta sit suspensio annalis, vel triennalis pro aliquo delicto ab Episcopo imponenda, nequit Episcopus eam impendendo minuire, vel impostam relaxare, quia ipsi solum concessa est suspensionis impostio, non illius duratio, hæc enim à Pontifice iuris conditore determinata est in quo iure nequit inferior dispensare. Iuxta leg. i. ff. ad Senatusconsult. Turpilian. Secus esset si ius suspensionis tempus non præscripserit, sed solum statuerit pro delicto suspensionem imponi, nam eo casu poterit Episcopus imposta suspensione pro aliquo determinato tempore ante illud finitum relaxare, quia prout à principio eam suspensionem non intendere. Sicuti tradit Suar. dicta disp. 2. q. 1. num. 20. Paul. Layman. lib. 3. sum. tract. 5. par. 3. cap. 4. num. 3. Gaspar Hurtado tract. de suspens. diff. 12. num. 32.

Suspensio iure à iure, siue ab homine lata sub expressa conditione, vt in perpetuum duret, manifestum est ab inferiori relaxari non posse, quia inferior nequit superioris statuta derogare: sicuti notauit Panormit. cap. 2. de solution. num. 1. Syluest. verbo suspensio, q. 8. Nauarr. cap. 27. n. 162. Sayr. lib. 4. thesaur. cap. 17. num. 18. Layman. lib. 3. sum. tract. 5. par. 3. cap. 4. num. 5.

Verum si suspensio lata in iure fuerit absolute ad comprimendam alicuius contumaciam, seu in illius correctionem, absolui ab Episcopo, seu eius vicem gerente poterit, dummodo Pontifex absoluteionem sibi non referuauerit, & suspensio à contumacia recesserit. (Nam in illa persequens, & nemine abest)

debet absolui, nisi cause grauissima, & vrgenissima absolucioem postulauerint. Constat conclusio ex cap. Nuper, de sententia excommunicar. ibi: Cum conditor canonis absolucioem sibi non referuat, tunc inferiori concedit. Sed apertius probatur ex cap. ex literis de constitutionib. vbi deciditur penam alicui inflictam ob contumaciam si non exprimat quod sit perpetua. esse temporalem, cessanteque contumacia tolli debere. Sicuti tradit Glossa in Clement. 1. §. verum, in verbo excommunicatio de Hæreticis. Panormit. cap. 2. de solutionib. num. 1. & ibi. Felix Syluest. verbo suspensio, q. 8. vers. tertium. Nauarr. cap. 27. num. 162. Hentiq. lib. 3. cap. 3. num. 21. Sayr. lib. 4. cap. 17. num. 12. Suar. disp. 29. sect. 2. num. 15. Auila 3. disp. 6. dub. 3. concl. 3. Layman. lib. 1. sum. tract. 3. part. 3. capite 4. numero 2. Gaspar Hurtado difficult. 12. de suspensio. num. 31. Quinimo aliquibus Doctoribus nempe Innocentio in cap. cum bonus, de etate, & qualitat. vers. si vero expressit. & in cap. hinc, num. 2. de cohabitac. clericor. & multo. Felino cap. ex literis, num. 36. de constitutionib. Decio ibi. num. 16. vers. quarta conclusio. Sayro lib. 4. thes. cap. 17. num. 8. placet prædictam censuram absolucioem non indigere, sed per recessum à contumacia (suspensionem finiri), eo quod videatur ferri sub hac tacita conditione, donec suspensus à contumacia recesserit, qua conditione postea implere iure sinitur. Sed rectius Suar. disp. 29. sect. 2. num. 15. censet absolucioem auferendam esse. Nam quatinus cessante contumacia, cessare debeat censura, eo quod illius absolucio impendenda sit, ipso tamen facto non cessat, quia non est appositam sub illa conditione, sed absolucioe, alias nullum esset discrimen inter censuram suspensionis condita, nauter appositam, & eam que absolucioe, & absque vlla conditionis determinatione imponitur.

At si suspensio in penam delicti commissi iuncta à iure sit absque vlla temporis determinatione, censent grauiissimi Doctores, Panormit. in cap. iam literis, num. 3. Et sic Felini de testib. & attestacionib. Angel. verbo suspensio, 4. num. 1. Syluest. eodem. q. 8. vers. tertium. Tabiena, ibi. §. 11. Nauarr. cap. 27. num. 162. Philiare. lib. 4. de officio sacerdotis cap. 1. Greg. de Valent. 4. disp. 7. q. 18. punct. 1. Vgolin. tab. 4. de censur. cap. 4. §. 1. num. 1. Bonacc. 2. de censur. disp. 3. p. ult. in fine. Gasp. Hurtado de suspensio. difficult. 12. num. 32. & alij, ab Episcopo tolli non posse, eo quod hæc suspensio absque vlla temporis determinatione appositam, censenda est perpetua. Argum. leg. seruus. C. de penis, vbi deciditur penam carceris simpliciter latam debere durare in perpetuum. At in penis à iure perpetuis, solus conditor iuris dispensare potest, eo quod nemini alteri inuenturam soluum. Nam Textus in e. nuper. de sententia excommunicar. solum concedit Ordinariis absolucioem censuræ à iure lata non referuat, at hæc suspensio non absolucioe, sed dispensatione auferenda est.

6 Nilominus contraria sententia, posse scilicet Episcopum in hac parte dispensare, benignior est, & forte probabilior, quam docuit Glossa in Clement. 1. §. verum, verbo excommunicatio de Hæreticis. & in cap. cupientes. & ceterum verbo suspensio de elect. lib. 6. Innocent. in cap. 2. de solutionib. Paludan. in d. 18. q. 7. art. 3. conclus. 1. Coaruar. in 4. decret. 2. p. cap. 6. in princ. num. 15. Alfon. Vivald. in suo candelab. numero 110. de suspensio. num. 180. Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 17. numero 15. Suar. disp. 29. sect. 2. num. 9. Auila. 3. disp. 6. dub. 3. conclus. 4. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 4. vers. verum. Moueor, quia hæc suspensio absolucioe lata differt ab ea que expressè in perpetuum fertur: aliis fruictus in perpetuum adderetur. Sed nulla alia differentia in his inuentiuntur potest, nisi quod suspensio que in perpetuum fertur ex intentione ferentis, debet in perpetuum durare. Secus verò suspensio que absque illa expressioe perpetuatur fertur, quia hæc ex intentione ferentis remissibilis est, & auferenda præstata sufficiente poenitentia, & emendatione. Deinde, sæpe in hac suspensioem absolucioe latam in penam delicti commissi referuat, vt constat ex cap. cum quidam. Cap. literar. Cap. dilectus de temporib. ordinat. Cap. tam literis de restitu. Aliquando verò nullam reseruacionem apponunt. Ergo tacite inhincant nullam reseruacionem inferioribus concedi, aliàs frustranea esset reseruatio.

7 Duo pro certo habenda sunt. Primum: spectato Concilio Tridentino decreto sess. 24. cap. 6. de reformat. possunt Episcopi per se, vel suos vicarios à qualibet suspensioe à iure, vel ab homine generaliter lata absolucioe, seu dispensare, dummodo ex delicto occulto proueniat, neque ad forum contentiosum deducta sit, vt latius alibi dictum est, & notant in præsentibus Hentiq. lib. 3. cap. 3. num. 3. Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 17. num. 19. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 3. part. 3. §. 4. circa finem. Quinimo ex privilegio Societatis Iesu concessio absolucioe à quibuscuque censuris, sententis, & penis ex delicto prouenientibus possunt Confessari à superioribus deputati has suspensiones relaxare; nam esto hæc suspensiones non absolucioem proprie, sed dispensatione, tolli debeant, earum tamen relaxatio iuxta frequentem loquendi modum absolucioem nuncupatur, vt notant Syl-

uest. verbo absolucio 6. dub. 2. Nauarr. cap. 27. num. 161. Suar. disp. 29. sect. 3. initio. Paul. Layman. lib. 1. sum. tract. 3. part. 3. cap. 4. circa finem.

Secundum habendum pro certo est, spectato iure communi nullum Sacerdotem qui in foro externo iurisdictionem non habet, posse à suspensione etiam per modum censuræ lata, absolucioe, quia huius absolucio non est necessario præmittenda peccatorum absolucio; ob cuius causam in cap. nuper de sententia excommunicar. proprio Sacerdoti conceditur potestas absolucioem ab excommunicacione non referuata. Vti notat Hentiq. lib. 3. cap. 3. numero 1. Auila 3. p. de censur. disp. 6. dub. 1. concl. 2. Layman. lib. 1. sum. tract. 3. part. 3. cap. 4. num. 2. Gasp. Hurtado de suspensio. difficult. 12. numero 32.

Hicque dixi de suspensione à iure, vel ab homine generaliter lata. At si loquamur de suspensione ab homine lata specialiter, regulariter solus ille successor in dignitate poterit illam relaxare, ne eius authoritas contemnatur. Quod adeo verum est, vt quam Superior ipsius possit validdè sententiam ab inferiore latam relaxare, illicite tamen procedat eam relaxationem concedens, vt aperte probat Glossa in cap. cum ab Ecclesiis de officio ordinarij, verbo non relaxes, per Textum ibi: Et multis relatis tradit Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 17. num. 24. à qua doctrina merito excipit ipse Sayrus numero 26. duplice casum. Primus est quando inferior sententiam tulit absque solemnitate requisita in cap. cum mediocris, de sententia excommunicar. lib. 6. quia eo casu poterit superior prædictam sententiam relaxare, si ad ipsum recursus fiat. Secundus est in causa appellacionis, nam ob appellacionem deficit superior iurisdictione in causa, iuxta Textum in cap. ad reprimendum de officio ordinarij. Et cap. per tuas de sententia excommunicar. Et cap. venerabilibus §. por. d. & §. fin. eodem tit. lib. 6. Vt autem hic superior licet absolucioem præster, ea debet obseruare qua in prædictis capitibus continentur, nempe si sententia manifestè iniusta sit statim absolucioe, si sit nulla absque vlla dilatione nullam esse declarabit. At si constet valere; reum absolucioem remittat, iuxta à quo neque ipse absolucioem præstabit, nisi forte sub iuramento prius prius præcipiat suspensio, vel suo iudici competenti satisfacia. Quod si de iniustitia, vel nullitate sententiæ dubitet, præstata cautione suspensio absolucioe ad cautelam poterit.

Dixi ferentem censuram suspensionis regulatier absolucioe ab ea posse. Sunt enim aliqui casus extraordinarij, quibus hæc potestas ferenti censuram denegatur, prout referunt Angel. verbo suspensio a. num. 3. Syluest. ibi, q. 8. in fine. Tabiena eodem. vers. duodecimo. Vivald. cit. de suspensione num. 181. Hentiq. lib. 3. cap. 3. num. 2. Sayrus lib. 4. thesauri, cap. 17. num. 17. Gaspar Hurtado de suspensio. difficult. 12. num. 30. Primum est si Clerici seculares vel regulares à suis Ordinariis officio priuati sint, eo quod hæreticis denunciati: Sacramenta ministrauerint, aut ab eis oblationes, vel cleemosynas receperint, aut Ecclesiasticam sepulturam traxerint; nam hi priuati non ab Episcopo priuante, sed à Pontifice, testitui possunt. Vt habetur cap. excommunicamus et. 1. §. credentes de Hæreticis. Vtem, vt rectè aduertit Nauarr. cap. 27. num. 162. & ex illo Sayrus dicto c. 17. num. 27. hic Textus non loquitur de priuati ab officio per suspensionem, sed per depositionem, ideoque mirum non est quòd nemini alteri à Pontifice potestas sit eos restituenti. Clericis autem regularibus sic delinquentibus sua privilegia comparatione iporum in ipsa dicecessi, vbi tale facinus perpetratum, nullatenus profuerit, vt notat Bernard. Diaz in sua pract. canon. cap. 207. & Sayrus loco relato. Secundus est, si à proprio Episcopo esset degradatus. Cap. ex tua de Clerico non residente. Sed hic casus, vt ipse Nauarr. & Sayrus aduertunt, non ad suspensionem pertinet. Tertius est quando quis indignis vita, moribus, & doctrina beneficia confert, & semel ac iterum monitus à Concilio prouinciali adhuc in sua malitia perueuerat, si ab ipso Concilio suspendatur à beneficiorum collatione, nequit nisi à Pontifice, vel eius Patriarcha restitui, iuxta Textum in cap. vaue nimis 27. de Præbendis. Si verò delinques Metropolitanus sit, non à Concilio prouinciali suspenditur, sed summo Pontifici, aut Patriarchæ denunciatur. Sicuti habetur in d. cap. graue nimis.

Forma seu modus absolucioem à suspensione nullus est ex necessitate, seu præcepto determinatus; sed ille sufficiens erit qui sufficienter absolucioem intentionem exprimat. Vt tradit S. Antonin. 3. part. 29. c. 4. Syluest. verbo suspensio q. 8. Nauarr. c. 27. num. 161. Vgolin. ab. 4. de cens. c. 16. §. 1. Sayrus lib. 4. thesauri, c. 17. num. 34. Moneant tamen prædicti Doctores hanc formam frequenter esse obseruandam. Ego te absolvo à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem causam restituo te executioni ordinis, officio, vel beneficio, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quod si pluribus suspensionibus ligatus sit, ab eis absolui potest, ex eo tantum quòd absolucioe dicat se absolucioe ab omni vinculo suspensionis; & intentionem, & potestatem habeat ab omnibus absolucioem, vt beate aduertit

Suar. *disp.* 29. *sect.* 3. *num.* 2. Quod si dubia sit suspensio præstanda est absolutio non absolute, sed hac conditione præmissa: si emeris vinculo suspensionis, ego te absolvo, &c. Ut notavit Navar. *dicto cap.* 27. *num.* 162. Et hæc absolutio ad cautelam nuncupata necessaria omnino est, ut officium exercere, vel beneficium administrare possis, cum questio suboritur de valore suspensionis: ut docet Sayrus *lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 37.

PUNCTUM X.

De suspensionibus tam in corpore iuris, quam extrâ, contentis.

§. I.

Expenduntur suspensiones ipso iure lætæ ob iniquam Ordinum susceptionem.

1. Suspenditur suscipiens Ordinem ab Episcopo Episcopali dignitati renunciante.
2. Item suspenditur ab executione Ordinis suscepti recipiens Ordinem, seu Consecrationem Episcopalem ab Episcopo excommunicato, suspensio, vel interdicto, &c.
3. Tertio suspenditur qui excommunicatione maiori ligatus ob Clerici percussione Ordinem aliquem suscipit.
4. Quarto suspenditur suscipiens Ordinem ab alieno Episcopo, absque licentia proprii Ordinarii.
5. Quinto suspenditur ordinatus ab Episcopo proprio, Pontificalia exercente in aliena diocesi, sine licentia Episcopi illius loci.
6. Sexto ordinatus ante legitimam ætatem.
7. Septimo Ordines suscipiens extra tempora designata ab Ecclesia.
8. Octavo ordinatus non servatis temporum interstitiis.
9. Nono promotus per saltum.
10. Decimo qui post contractum matrimonium etiam non consummatum aliquem ex sacris Ordinibus suscipit, extra casus à iure permisos.
11. Undecimo qui sede Episcopali vacante, neque a statutu occasione alicuius beneficii recepti vel recipiendi, ordinatur in sacris intra annum cum literis dimissoriis à Capitulo acceptis.
12. Duodecimo ordinatus carens titulo patrimonij, vel beneficii ad Ordines sacros requisito, pacto inito cum Ordinante, seu presentatore de non petendis alimentis.

Primo ordinem suscipiens ab Episcopo qui Episcopali dignitati renunciant, suspenditur ab executione Ordinis sic suscepti; à qua suspensione solus Pontifex absolute potest, nisi forte ignoranter Ordo susceptus sit, quia eo casu Episcopo datum est dispensare. Sicut habetur in *cap.* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciant Episcopatu.* Ut autem hæc suspensionem incurras, requiritur ex parte Episcopi ut ipse renunciant Episcopatu non solum quoad locum, sed etiam quoad iurisdictionem, officium, & usum Ordinis Episcopalis, eaque renunciatio Pontifice acceptata sit. At ex tua parte necessarium est, ut à prædicto Episcopo Ordinem sacrum recipias, ibi: *Sane si ab eodem sacros Ordines scienter quis receperit &c.* neque enim ob susceptionem minorum Ordinum usque ad Subdiaconatum exclusivè in hanc penam incidis, esto Episcopus non solum renunciasset dignitati Episcopali, quoad potestatem conferendi sacros Ordines, sed etiam quoad potestatem conferendi minores, quia Textus solum loquitur de recipiente sacros Ordines, cuius dispositio utpotè personalis, extendenda non est ultra casum expressum, ut bene advertit Bonacina, *t. 3. de censur. disp.* 3. *q. 1. punct.* 9. *num.* 11. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 8. Neque ab hac pena excusaris, tamen ex licentia proprii Episcopi eos Ordines sacros recipias; quia ea licentia nulla est, cum nullus alius à Pontifice possit præfactum Episcopum habilem reddere ad Ordines conferendos, munerisque Episcopalia ministranda. Ut notat Bonacina *suprà, n.* 7. Secundò est opus, ut Ordinem sacrum à præfacto Episcopo suscipias sciens Episcopatu quoad locum, & dignitatem renunciasse, impediturque esse ab Ordinum collatione, ut colligitur ex illis verbis: *Si ab eodem sacros Ordines scienter quis receperit.* Ergo seclusà hac scientiâ, seu ignorantia affectatâ, in hanc censuram vel penam non incidis. Et quidem si ignorantia invincibilis Ordo susceptus sit, id omnino verum existimo; quia eo casu non re indignum fecisti officij suscepti executione, cum nullam culpam commiseris. Præterquam quòd censura, vel pena culpam mortalem supponunt. Neque obest quòd Episcopo proprio concedatur dispensatio in hoc impedimento, quando nec scienter, neque

cum ignorantia crassa, & supina Ordo susceptus est, quia tunc dispensatio largè accipitur pro permissione Ordinis exequendi, & declaratione ab Episcopo facta nullam ibi adesse suspensionem. Vt explicat Coninch. *disp.* 1. *q. 1. dub.* 7. *n.* 11. Gaspar Hurtado *tract. de suspens. diffinit.* 1. *q. 3. num.* 34. Præterquam quòd potuisti (ut multis placet) Ordinem suscipere cum ignorantia vincibilis, & mortaliter culpabili, tamen non crassa, & supina.

Secundò ab executione Ordinis suscepti suspenderis, si recipias Ordinem, seu consecrationem Episcopalem ab Episcopo excommunicato, suspensio, vel interdicto, irregulari, simoniacò, hæretico, vel schismatico, quia omnes hi carere potestatem conferendi Ordines. Non igitur debent executionem illorum alius conferre iuxta vulgare principium. *Nemo dat quod non habet.* Et *Cap. Dabertum, l. q. 7.* Opus autem est, ut prædicti omnes sint ab Ecclesia ut tales denunciati, nam ante denunciationem tolerantur ab ipâ, & potestatem conferendi Ordines in favorem fidei retinent, idoque recipientes nulla suspensione ligantur. Ut notavit Sayrus *libro* 4. *theauri, cap.* 13. *numero* 4. Suarez *disp.* at. 31. *sect.* 1. *num.* 64. Bonac. *tom.* 3. *de censuris, disp.* 3. *quest.* 1. *punct.* 10. *num.* 2.

Difficultas autem est, An si laboras ignorantia probabilis dicti defectus in Ordine recipias, ab illius executione suspenderis? Affirmant plures Doctores. Glossa in *cap.* 1. *qui a Simoniacis, l. q. 1.* Et in *cap. ab excommunicato, l. q. 1.* Couaruu. *cap. alina mater, l. p. §. 6. num.* 6. Suar. *disp.* 1. *sect.* 1. *num.* 64. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 3. Bernard. Diaz. *tract. cap.* 28. *num.* 3. Alter. *de censur. disp.* 9. *cap.* 4. Bonacina alius relatis *t. 3. de censur. disp.* 3. *q. 1. punct.* 10. *num.* 4. Motuente quæ hæc prævio ab executione Ordinum, non videtur apposta in poenam delicti ipsius ordinati, sed in iniuriam, & detractionem ordinantis, ad cuius finem parum refert siue scienter, siue ignoranter ordinatus Ordinem receperit. Præterea hæc decisio nititur illi vulgari principio. *Nemo dat quod non habet.* Argum. *cap. gratia, l. q. 1.* Ergo quoties Ordines fuerit impeditus à sui ordinis executione, nequibit eam alteri conferre. Nihilominus verius existimo te excusatum esse à dicta privatione, si ignorantia probabilis Ordinem ab his impeditis receperit. Quæ fuit licentia Innocentij in *cap. numero* 4. *de schismaticis, Pauormit. in cap. veritatis, num.* 6. *de delict. & censur.* Alfovi à Castro *lib.* 2. *de lego paralia, l. 1. conclus.* 3. Rodrig. in *sum. t. 2. c. 19.* Coninch. *disp.* 1. *q. 1. dub.* 7. *n.* 11. Gaspar Hurtado. *tract. de censur. diffinit.* 1. *q. 3. num.* 34. Motuente quæ nullus est Textus ex quo colligi possit, sicut prædicta ignorantia à hanc privationem contrahi: imò potius contrarium non leuter deducitur ex *cap. si qui Si moniam, l. q. 1.* Et ex *ordinatis, g. q. 1.* Et *cap. 1. §. 2. de schismaticis, cap. per nos* 34. *de simonia.* Præterquam quòd falsum est hanc inhabilitatem non esse appositam in poenam delicti ab ordinato commisi, Ordines ab incapaci recipiendo, ut expeditenti prædictos textus facile constare potest. Illud vero vulgare principium, *Nemo dat quod non habet, ad summum venum est in iis quæ à donante per translationem domini conferuntur, secus vero in his quæ consequenter, vel ex potestate ab Ecclesia, vel à Deo accepta alteri communicantur, ut exemplis facile comprobari potest. Non baptizatus confert baptismum potest, sacerdos peccator à peccatis absolutus, & gratiam conferre. Et in humanis gubernator civitatis, & iudex ad iudicandæ bona alicui potest que ipse non habet, quia ad hæc omnia solum in conferente requiritur potestas: cum autem Episcopus quantumcumque simoniacus, & hæreticus sit potestatem habeat Ordines validè conferendi quibus annexa est excommunicatio, dum expressè non impeditur, efficitur executionem concedere, tamen ipse illam non habeat.*

Hinc inferitur te non esse impeditum ab executione Ordinis à prædictis recepti, si illum recepisti metu coactus, qui te à culpa excusant. Vt docuerunt Sylvest. *verbo irregularis, §. 9. vers. secundum.* Navar. *c. 27. num.* 144. Tamen contra sentiat Suar. *disp.* 3. *sect.* 1. *num.* 63. Bonac. *de censur. disp.* 3. *q. 1. punct.* 10. *num.* 5.

Potriò qui scienter hanc inhabilitatem non in poenam Ordinatis, sed Ordinantis iniungi, consequenter affirmant à solo Pontifice relaxari posse. At nos qui censemus esse veram censuram, seu poenam ob delictum Ordinatis impositam, affirmamus aliquando ab Episcopo posse remitti potius, cum est contracta absque ignorantia crassa, & supina, tamen cum ignorantia vincibilis, & mortaliter culpabili. Argum. *capit.* 1. *requisit.* *de ordinato ab Episcopo qui Episcopatu renunciant.* Secundò quando contracta est ex delicto occulto, neque ad forum contentiosum deducto, quia Conc. Trident. *sess.* 24. *capit.* 6. *de reformat.* omnibus Episcopis facultatem concedit absolventi, & dispensandi in omnibus censuris, & penis ex delicto occulto provenientibus &c.

Tertio suspenditur qui excommunicatione maiore ligatus ob Clerici percussione, Ordinem aliquem suscipit: habet